Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36553
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

illa bona · quę nec uisu capi · nec auditu percipi · nec cogitatu comprehendi possunt · Petite inquit & accipietis · querite & inuenietis · pulsate · & aperietur uobis · idest ut petamus orando quęramus laborando · pulsemus desiderando · pulsemus proficiendo · pulsemus perseuerando; Et in spem celestium promissorũ tanto incitemur studio tantoq; inardescamus affectu · ut cum premiorum dignitate desideriorum magnitudo concordet · Non uult ds noster bona sua nimia inueniendi facilitate uilescere; Preciosa & concupiscibilis merces cupidum amatorem & auidum negotiatorem requirit; Ergo ille tantorum munerum repromissor non uult in opere suo tepidum · despicit fastidiosũ · recusat coactum · respuit indeuotum · Lentum enim & parum gratum quęrere gratiam diuini muneris · maxima est iniuria remuneratoris · Ergo toris licet & animę & corporis laboribus desudemus · toris licet obedientię uiribus exerceamur · nihil tamen condigno merito pro celestibus bonis conpensare & offerre ualebimus · Non ualent uitę presentis obsequia · ętę uitę gaudia · Lassescant licet membra uigiliis · pallescant · licet ora ieiuniis · non erunt tam condignę passiones huius tẽporis ad futuram glam quę reuelabitur in nobis · Pulsemus ꝯ carissimi in quantũ possimus · quia non possumus quantum debemus · Futura beatitudo adquiri potest · estimari non potest · Nisi enim cum auiditate · nisi cum bona uoluntate · & cum lętitia di opera egerimus · dõ nos perire nouerimus · Putamus carissimi qd̃ digne quęrat illa anima & ita pulset ut ei aperiatur · quę adleue pręceptũ senioris respondere presumit & dicere · numq̃d seruiũ sumus · Iam feci uicẽ dr meam · & ille faciat suam; Quomodo hoc dicit · cui p̃ceptũ est nolite querere quę uestra sunt · et iterũ · non quę sua sunt singuli considerantes · A quo non hoc solũ experitur ut mercedẽ suam impleat · s; ut alienas inuadat · pręoccupet rapiat · Puta